

P 241

52

DISPUTATIO
De
NATURA ET CON-
STITUTIONE POLITICES.

Quam

In Inclyta Philurea

DEO favente & Celeberrimo Facultatis Philosophicae
Collegio indulgentia

P R E S I D E

Virò Excellentiss. Clarissimoq;

Dn. M. JACOBO THOMASIO,

Dialectices Philippez Professore celeberrimō,
Facultat. Philosophicæ Adseffore & Collegij
minor. Princip. Collegiato.

Dn. Praeceptore, Promotore ac Fautore suō colendo
Publicæ placidæq; Eruditorum Disquisitioni
submittit

JOHANNES CHRISTIANUS VILIZ,

Quedlinburgensis Saxo.

A. & R:

Ad diem 12. Februarij

H. L. Q. C.

ANNO MDC LIX.

LIPSIAE
Typis Hæred. Colerianis.

DISPUTATIO
NATURAE ET COUNTRY

SITUATIONE POLITICÆ.

JACOBUS PILLER

DEO GRATIAS ET ALMAM MATER LIBERTATIS AFRICANENSIS

DR. IACOBUS THOMASI

BONIUS POLITICALIS ET COUNTRY

ET HISTORICALIS AFRICANENSIS

DUCE LIBERTATIS AFRICANENSIS

JOHANNES CHRISTIANUS VITZ

SCOTTIENSIS

A. 1714.

LIBERALIS ET SENSIBILIS

ET HISTORICALIS AFRICANENSIS

ANNO MDCCXII.

LIBERALIS ET SENSIBILIS

ET HISTORICALIS AFRICANENSIS

ANNO MDCCXII.



Encomium Cicero lib. V. Tusc.
tribuit Philosophiae universæ, id nos in-

PRÆFAMEN.
Ved Encomium Cicero lib. V. Tusc.
tribuit Philosophiae universæ, id nos in-
primis ad Politicam accommodare, ver-
bisq; summi oratoris paulisper mutatis
atq; dilatatis, hunc in modum exclama-
re possumus: O vita Politica Dux! O civi-
lis vita Architectrix! quid non modò nos sed universa vita, o-
mnes actiones cogitationesq; hominum, sine te fuisse? tu urbes
peperisti, partas conser vatis, munivisti, legibus: Tu hominum
societatem primo domiciliis, deinde conjugis justis, tum morum
ac discipline vinculo colligasti. Tu Dux & Autor virtutum: tu
Magistra morum. Tu pacem civibus, incrementa civitatibus,
gloriam, dignitates, opes, suramagam, amplitudinem tui studioſia
confers. Tuò præsidio incolumes, tua autoritate ab improborum
imperio tuti sumus; tuò munere & domi securè & foris in judi-
cuis, in contractibus, in negotiis omnibus, sine injuria, honestè eu-
rog, versamur: per te quid nostrum, quid alienum, quid com-
mune sit, exploratum habemus: per te fundos, patrimonium, her-
reditates, uxorem, liberos, & quaecunq; nostra nobis chara sunt,
stabilitas, in violata, ruta, sarta, testa, retinemus! Sine dubio
summa est Politicæ doctrinæ præstantia, nobilitas in-
signis, utilitas admirabilis. Qvapropter & nos illius

A 2

amore

amore incitati, præsentem de ejus natura & constitutione, Disputationem, pro concesis ingeniolis viribus, conscripsimus, sperantes conatum hunc nostrum a quibus censoribus non improbatumiri. Neverò ~~admodum~~ dicamur, certis atq; distinctis positionibus & expositionibus animi nostri sensa inclusimus, Deum orantes, suō numine ac lumine nos ducere velit!

POSITIO I.

Definienda rei præcognitionis est instituenda,
qua ab solvitur explicatione Etymologia, Homonymia ac Synonymia.

EXPOSITIO.

§. I.

ETI major & potior rerum est habenda ratio, ut intelleximus. Ex Doctorum sententiis constat, quippe cum res prædominantur, verba vancillentur, rebus se subjiciendis, illarumque intentioni serviendis: tamen etiam verborum cura non est postponenda, quoniam sunt rerum nota, Cic. in Top. Aristot. in l. de interpret. c. i. pictura animi, causa doctrinæ & instrumenta cognitionis, quibus videlicet in rei perceptionem provechimur, dicente & docente subtilitatum magistro Exerc. i. s. i. Quapropter & nos operæ pretium facturos confidimus, si Etymologiam, Synonymiam & Homonymiam argumenti nostri in fronte statim examinemus.

§. 2. Qvod igitur Etymologiam spectat, notandum est, hanc vocem, Politica, πλοτη, à Gracis ad Latinos deductam, dici δότη τῆς πλοτείας, à Republica, (quod sensu Arist. l. 3. Pol. c. 4. & alibi hoc nomen usurpat) πλοτεῖα vero δότη τῆς πλοτείας derivari, quod vocabulum à πλούτῳ fluere videtur. Cum autem πλοτη sit vocabulum adjectivum, subaudiri debet θεσπιη, Φεύγων, aut aliquid tale, quod verti possit Civilis prudenter.

ria. Et à πληπήν ομιλεται πληπέος & πληπίνον, politicus & politicum. vid. Cella Wendeler.

§. 3. Porro non enī modō Politicam sumi ad vertimus. enim p̄ tota Phil Sophia practica, per synecdochē partis pro toto, accipitur, includitq; Ethicam, Politicam εἰδίκες appellatam & Oeconomicam. Arist. non semel. 2. pro parte Philosophiae practicae, q̄a est de Republica. Hōe autem modo iterum διάλογος consideratur, (α) systematicā (β) & habituāliter. Illō respectu legitimam præceptorum comprehensio- nem: hōc habituā Rempublicam bene instituendi & admini- strandi significat. 3. Arrem simulandi & dissimulandi, itemq; comiter & amicē cum hominibus conversandi, invenit. 4. capi- tur pro arte Machiavellice, q̄a in fraudibus verisipelli astutia, aut jesuiticis dolosis fidei elusionibus, verborum æquivocis si- gnificationibus, aut reservationibus mentalibus, consistit. Neu- feld. disp. i. polit. Ex his acceptiōibus secunda & qvidem re- spectu posteriori, ad nostrum facit institutum. Solemus enim hodie, securi atq; veteres, cum Politicam nominamus, practice philosophiā partem tantum alteram intelligere.

§. 4. Ceterū, qvia vox πολιτεύος, η, ον, denominativa- est, & vero non tantū arti illi, seu, habitu circa Rempubl. versanti, sed aliis insuper rebus tribui solet, non abs re erit, hōc loco videre, qvibusnam præterea rebus, & quo sensu accommo- detur.

§. 5. Prīmō Philosophus V. Nicom. c. 6. πὸ δικαιον πολι- τεύον, jus civile, qvod videlicet intercedat hominibus liberis, suf- ficiētia gratiā societate vita copulatis, considerat, illudq; α- πλεόν δικαιον vocat, sensu videlicet tam ampliō sumens hoc vo- cabulum, ut postea c. leqv. dividere illud potuerit in naturale & legitimū (Οὐνού & νομού) strictius longè Jcti, cum jus civile à naturali & gentium iure, tanq; species disparatas di- flingunt. Sed Aristoteles πολιτεύον appellandum ibi putavit

jus omne, qvocunq; civiles societates continerentur.

§. 6. Deinde l. i. Hist. anim. c. i. animalia qvādam πο- λιτεύον vocantur. Cūn enim disiinxisset ibi philosophus ani- malia gregalia (ἀρτελαία) à solitariis, (μανεστίνοις;) gregalia sta- rim

sim dividit in civilia (*τολιπά*) & sparsa (*σποράδικα*) inciviles
animantes vertit Gaza,) civilia vero definit, quorum unum &
commune omnium opus est, qualia sint homo, apes, vespae, formica,
grus. Civile animal hominem passim etiam pronunciat in E-
thicis & Politicis i. Nicom. 7. VII. 12. IX. 9. I. Polit. 2. & III. 4.
pro quo Stobaeus eleganter φιλόλητος καὶ κοινωνὸς ζῶν dicit,
descriptus à Camerario post libell. Plutarchi de virtute morali
p. 77. Hominis natura habet quiddam innatum qf. civile atq; po-
pulare, quod Greci τολιπάν vocant. Cic. V. fin. p. 140.

§. 7. Sed hoc sensu nemo est hominum, qui non politi-
cū appellari possit. Superfunt alia significations, qvæ non
in omnes convenient, quarum alia ad τὸν τολιπέαν, alia ad τὸν
τολιπάν εἰς respiciunt. Ad τὸν τολιπέαν, ut cum I. polit.
1. & 3. τολιπάν opposuit τὸν βασιλικόν, ubi βασιλικός est, qui
in regno scit imperare, τολιπάν, qui in Republica populari
(hanc enim generis nomine τολιπέαν appellare solent græci) per
vices jam imperare novit, jam parere.

§. 8. Ab habitu vero politico varij generis Politici denomi-
nantur, prout ipsa Politicæ artis vox ambigua est. Nam ut ea
sensu totali Ethicam includit quoq; , ita bonus Politicus inter-
dum sumitur pro bono Ethico, ut I. EuDEM. 5. ubi negat Aristot.
omnes qui vocentur vulgo politici, hōc nomine statim dignos es-
se, qvæ multi sint τολιπάν & κατὰ τὸν αἱθεῖαν. Οὐ μὲν δὲ πο-
λιπάνος, inquit, τὰν καλῶν ἐστι τοξεῖα ποιητικός, αὐτὰν χαίρειν,
qui profecto character est viri probi, Ethici boni.

§. 9. Ulterius ut sensu partiali Politica sumitur pro ea
facultate, qvæ in Republ. & negotiis civilibus versatur; quam
alii veram, alii falsam; perfectam nonnulli, alii imperfectam
sibi comparaverunt: ita & Politicus. sensu istis facultatibus
accommodatō, verus est aliud, alias falsus: perfectus unus, imper-
fectus alter. Verum politicum Arist. I. Nicom. 13. maximè labo-
rare ait de virtute, ut eam cōribus inferat, probas, eas & legib; ob-
temperantes reddat. In hoc enim sita est civilis beatitudo, ad
qvam talis politicus consilia sua ultimò dirigit. Unde patet,
falsò politicorum nomen arrogare sibi callidos & versuros ho-
mines, qui in gerendā Republ. non salutem populi, sed huic re-
pugnans,

civiles
um &
rmica,
in E-
III. 4.
dicit,
orali
q; po-
poli-
hon-
d rlu
polit.
t, qui
ulari
i) per
omi-
t ea
nter-
istot.
os el-
D no-
dev,
o ea
vam
am.
tibus
per-
labo-
ob-
ad
et,
ho-
re-
ans,

pugnans, nescio quod simulacrum improbitatis Machiavellicæ
repliciunt, nec Deum, nec homines, (ut Piccartus loquitur p. 7.
proleg. ad Arist. Polit.) reverentes, juramentis tanguum manu le-
bus ad extergendum sordes quotidianas utentes. Cellarius p. 17.
Polit. hos rectius Statistas, quam Politicos vocari existimat.

S. 10. Ad perfectum politicum Arist. c. ult. Nicom. per-
inde ut ad perfectum Medicum, duo requirunt, certam universali-
um scientiam, & experientiam singularium. Necesse ergo est,
pro imperfectis Politicis habeamus, qui vel scientiæ vel expe-
rientiæ solâ suffici, alterò qf. Politices pede claudicant. Ad
priorem classem meritò Sophistas sui temporis Arist. d. l. refe-
rat, præsertim, cum ne ipsa quidē, quam profitebantur, politica-
rum rerum scientiæ fatussint accuratā instructi. Ad poste-
riorem referamus licet eos, qui se hāc parte Empiricis medicis
similes præbent.

S. 11. Etiam oratores olim titulum Politicorum sibi su-
mebant, ut innuitur libro I. Rhetor. c. 2. sed hos fecellit illa, quæ
Rhetorica cum practica Philosophiæ, intercedit cognatio. Ete-
nim ut d. l. scribit Arist. εργάσιαν τούτων πολιτικῶν οὐεὶ τοῦτο
quæς τῆς διαλέκτου, εἴναι, καὶ τῆς τοῦτο τοῦτο τελευταῖς,
τὸν δίκαιον εἰς τοπογραφίαν πορθεῖν. Eodem errore Sophiste
politican vel idem cum Rhetorica, vel etiam minutius quip'
piam esse credebant. c. ult. Nicom.

S. 12. Synonymiam Politicæ quod attinet, nullam habet
ea magnopere, nisi quæ latini doctrina civilis, vel de Republica
veri solet. Hinc Politicos suos libros Lipsius doctrinam
Civilem, Bodinus, Petrus Gregorius, Conzen, alii de Republica
inscripserunt. Casus volumini, quod ad ductum Politicorum
Aristotelis scriptis, Sphæra civitatis nomen posuit. Periphra-
ses & Encomia Politices in hunc locum congerere, rem esse ar-
bitramur nec judicii ullius, nec necessitatis.

POSITIO II.

Politica est Prudentia civitati formam Reip.
recte

recte imponendi, eamq; ad salutem Civium admi-
nistrandi.

EXPOSITIO.

Præmissis iis, quæ ad nominis & definiti analysis & illu-
strationem spectant, rite venimus ad ea, quæ ad rem ipsam fa-
ciunt. Observamus autem in definitione, tum genus, tum dif-
ferentiam Specificam.

POSITIO III.

Genus Politica est Prudentia.

EXPOSITIO.

s. 1. Prudentiam legitimum esse ac proximum Politica
genus, probamus hoc argumento. Quicquid de Politica proxi-
mè prædicatur in quid, illud ejus verum est & proximum genu :
Prudentia de Politica proxime prædictatur in quid, E.

s. 2. Major radiat suâ luce. Minor ut probetur, præ-
supponimus, quod nemo negabit facile, Politicam habitualiter,
ut nos facturos prædictimus, consideratam, esse in prædicamento
qualitatis & quidem primâ ejus specie, quæ vocatur habitus.

s. 3. Nam cum habitus non unius sed diversi generis re-
senteantur, circumspiciendum est, ad quem proxime hac Disci-
plina accedit. Non est autem habitus moralis. Tametsi enim
verus Politicus non est, qui non idem morales virtutes possideat:
tamen habitus ille, à quo talis appellatur propriè politicus, non
in appetitu, sed intellectu sedem haber. Ergo in Habituum in-
tellectualium classe quærenda erit Politica.

s. 4. Hos quinque numerat Aristot, VI. Nicom. 3. tres
Theoreticos, Practicos duos. Sub theoreticis politica esse non
potest, quia in contemplatione non acquisicit. Unde fallun-
tur, qui genus ipsi assignant scientiam. Et si enim excusari pos-
sunt

sunt quodammodo, qvia eam volunt esse scientiam practicantem, nulla eos cogit necessitas, ut scientiae vocabulo abutantur, & ab ea significatione, qvæ in specificandis habitibus intellectualibus recepta est, ubi practica scientia verè οὐ πόζουνος habetur, recedant.

§. 5. Superest ergo ut Politicam, qvia practicus habitus est, vel artem statuamus vel Prudentiam. Sunt qvibus placet per Artes eam definire. Et hi definiunt artem, qvòd sit ordo si systema praeceptorum exercitatione cognitorum ad finem uilem in vita. Sed hoc ipso, (ut alia taceamus) demonstrant, se politican systematice, non ut nos proponebamus, habitualiter, accipere. Qvapropter cum iis nihil est nobis negotii.

§. 6. Si artem aristotelicō sensu nuncupemus habitum effectivum, qvi non ipsum hominis ultimum finem attingat, sed in medio conqviscat, facilē est intelligere, politicam non esse artem. Elevatur enim ad summum finem & elaborat, ut civilem beatitudinem societati suæ inducat: qvo nomine eam Philosophus I. Nicom. 2. καὶ πρὸτερον τῷ μάλῳ δέχεται τὸν νίκον πραγματεύεται.

§. 7. Remotis ita habituum generibus ceteris, sola restat Prudentia. Qvam legitimū esse Politicā genu, vel definitio ejus evincat. Est enim habitus cum recta ratione actius, cixcā ea, qva homini vel bona vel mala sunt. VI. Nicom. 5. Qva in definitione nihil est, qvod non possit de Politica verificari.

§. 8. Qvod verd Prudentia Politicā sit insuper proximum genus, inde confirmatur, qvia profundius in hac prædicamentali scala descendantibus inter prudentiam & Politicam nullum offert medians genus. Post prudentiā enim statim haec tria occurunt, Ethica, Politica, Oeconomicā, tanquam species disparata: (seguimur hic doctrinam qvæ & Clariſſ. Sthalio plauit p. 17. Eth.) qvarum Ethica docet, qvo pačio se qvisq; privatim, Politica Civitatem, Oeconomicā familiam ad beatitudinem practicam perducat.

§. 9. Ita exposuimus de genere Politices. Qværet fortasse aliquis, quid illis responsuri simus, qvi generis loco partem philosoph. Practicā nominant? Idem, qvod modō laudatus

tus Sthalius p. 14. Ethicam sic definientibus regerit: *Etsi non negemus Ethicam (Politican) partem Philosophie practica esse, tamen hoc non est genus ejus, nec hoc queritur, quando de genere ejus queritur. Sciendum enim, quod, quando inquiritur in genus alienus scientia, tunc illa scientia absolute consideretur & non, ut est pars cuiusdam, & propterea etiam pars non debet constitui genus alienus scientia, sed aliud quiddam, quod habet naturam magis absolutam. Hinc etsi verum sit, physicam esse partem philosophie contemplative, nemo tamen facile, cum definita est physica, constituit ejus genus, partem philosophie Theoretice, sed aliud inquirit, quod nimisum sit scientia.*

POSITIO IV.

Differentia specifica in definitione, sumitur
1. ab Objecto, nempe Civitate. 2. à fine duplice.

EXPOSITO.

§. 1. Duplex politica finis est, internus & externus. Interni naturum in definitione sepiet Respublica, qvā mediante ad externam devenimus. Externi rationem induit Salus Civium.

§. 2. Objectum Politices, Civitatem fecimus: quod usum germanum esse & adaequatum propugnemus, sic argumentamur. In quodcumq; politicus adaequatè operatur, & enicunq; finem suum ingenerat, illud est objectum genuinum & adaequatum Politices; in Civitatem politicus operatur adaequatè &c. E.

§. 3. Major evidenter habet ex practicarum disciplinarum natura: qvæ omnes omnino in suum objectum fines per media ad hunc consequendum facientia inducent. Piccol. gr. i. c. 4. Civ. philosoph. Olear. qvæst. pol. illustr. decur. i. qv. 4. utin Ethica, Oeconomica, Jurisprud. Medicina, &c. videamus. Minor est indubitate fidei: Non enim nisi in civitatem introducenda est Respublica, qvæ finis Politica internus.

p. 4.

§. 4. Ne verò ambiguitate vocabuli decipiāmus,
monemus, Civitatis nomen pluriformi acceptione gaudere.
1. enim sumitur ita, ut magnum aliquod consociatarum Re-
rum publicarum corpus comprehendat, omnesq; illi unius ejus-
demq; Civitatis dicantur, qvos una & eadem imperii maiestas
subjectos sibi per omnes imperii vel regni provincias habet, tam-
etsi legibus, moribus, linguis, atq; alia gentium varietate inter se
differant. Et hōe modō non tantum antiquum, d. & hodiernum
Romano-germanicum imperium, unius civitatis nomiae com-
plectitur omnes imperii provincias & regna, omnesq; status &
populos qui Romanam Aquilam agnoscunt, Neufeld Disput. 4.
pol. 2. Civitas iisdem legibus & moribus ceteris consociatus est,
tamen per viros & urbes hinc inde dispersi, sejunctis laribus ac
sedibus degunt. Et hōe modō Cæsar l. 1. de bello Gallico, Hel-
vetiorum pagos unam vocat civitatem. 3. Jus, qvod cives ha-
bent, significat; hinc phrasis: civitate aliquem donare, einem das
Bürgerrecht schenken. 4. Accipitur in sensu materiali tantum,
pro collectione nudā societatum, sine respectu ad illarum coor-
dinationem. Et hōe modō semotis reliqvis acceptationibus, Ci-
vitatis est objectum materiale Politices. 5. Sumitur prout for-
male simul, h.e. ordinem includit, atq; adeo totum ex hominum
societatibus & earum inter se & ordine civili compositum de-
notat. Confer Cellar. p. m. 16.

§. 5. Ex his iam proclive erit estimare, qvatenus aliorū
sententia de objecto politicæ ad nostram vel accedant vel inde
recedant. Qyas octo aueramus. Est enim 1. qui societas
tem civilem; 2. qui confociationem hominum, ad vitam civi-
lem constituant; 2. qui statum publicum s. hominum societatem
ex pluribus familiis domesticis certo ordine collectum &
directum ad felicitatem publicam; 4. qui civem 5. qui homi-
nem qvat. civiliter instruendus. 6. Qui Remp̄ublicam 7. qui
modum reſtē administrandi Civitatem; 8. qui modum bene
vivendi in societate Civili pro objecto Politica exsculantur.
Hi omnes aut objecti vocem aliter atq; nos, accipiunt, pro for-
malī scil. vel toto composite, vel illi absq; causa, admiscent
mentionem finis externi, & alia qvadam, vel id confundunt cum
actione

actione versante circā objectum; vel objectum exprimunt non satis adæquatum; vel deniq; verbō magis qvām sensu à nobis discrepant.

POSITIO V.

Causa efficiens Politices multiplex assignari potest.

EXPOSITIO.

§. 1. Causarum genera qvatuor nobis memorant Metaphysici: Efficientem, Finem, Materiam, Formam. i. Politica nostra ipsa est forma qvādam accidentalis. Non ergo est, cur peculiarem ipsi, qf. compositum qvid est, formam qvaramus. Qyam observationem neq; materiam ex qva agnoscit. Materiam ejus circā qvam, seu objectum, nec minūs duplēcē finem posuit, præcedente manifestavimus. Materiam in qva, seu subjectum cognoscere cupientes, ad Positionem III. remittimus. Dum enim ibi §. 3. politicam esse docuimus habitum intellectualē, subjectum ejus simul, qvod est intellectus hominis, indicavimus. sola ergo, ē causis, efficiens nobis exponenda supereſt.

§. 2. Hæc vel est principalis l. minūs principalis. Et hæc rursus vel impulsiva, instrumentalis. Illa verò vel remota l. propinqva. Efficiens principalis remota DEUS est; propinqva, homines prudentiā ac doctrinā instruti. Qui vel ethnici, vel Christiani. Horum autorum sive sola institueremus recensere nomina, nimis prolixum foret. Minūs principalis causa, eaq; impulsiva vel est interna vel externa. Interna ardor descendit: externa rerum politicarum varietas. In causis instrumentalibus nominamus usum, lectionem Historiarum, peregrinationem, conversationem cum prudentibus, boni systematis comprehensionem.

POSITIO VI.

Politica dispeſcitur in duas partes. Prior ob-jectum

jectum ejus explicat. Posterior perpendit finem internum & media ad eum ducentia.

E X P O S I T I O .

§. 1. Definitione & easis expositis, p̄gimur ad hujus doctrinæ in duas partes divisionem, quæ eō melius dijudicabitur, qvō magis indoles practicarum disciplinarum animo inhæserit. Bipartitam autem facimus Politicam. In priore parte politices objectum discimus, ubi à societatibus simplicibus fit progressus ad compositas, siccq; tandem ad Civitatem ipsam. In alterā, tum finem objecto implantandum, nempe Rēpublicam suis speciebus stipatam: tum media Rēpublicam constituendi, administrandi & conservandi edocemur. Pars prior præcognitiva, posterior cognitiva dici potest.

§. 2. Sufficientia hujus divisionis probatu facilis est. Nam certè nihil in omni politices latifundio datur, qvod hæc Divisio non exhaustiat.

P O S I T I O . V I I I .

*Attributa hujus Disciplinæ sunt 1. Docilitas.
2. Utilitas & Necessitas. 3. Dignitas.*

E X P O S I T I O .

§. 1. A divisione ad attributa qvædam progredimur. Nemo inficias ibit hanc disciplinam gaudere docilitate. Tametsi enim putet aliquis certa de Civitate aliisq; politicis rebus præcepta tradi & in ordinem redigi haut posse, contrarium tamen probatur, i. ex sufficienti enumeratione requisitorum ad constitutandam disciplinam necessariorum, quæ & ipsi politice competunt. Ad est enim (α) certum objectum: (β) habetur certus finis: (γ) nec deest certus tractandi modus, methodus & via, & quidem non id est ἀπὸ τῶν δέκανῶν i.e. à principiis ad compoſita

posita proseedens, qvæ est speculativarum & aliæ syntheticus
et compositivus nominatu ordo; sed id est dicitur $\tau\alpha\zeta\delta\chi\alpha\zeta$, h.e.
à fine ad media ducens, qvæ est Activarum & aliæ analyticus s.
resolutivus vocatur modus. Cellar. p.m. 18. & 19. 2. Ab eo quod
minus est probabile. Si enim jurisprudentiam, in qua major-
erum & actionum occurrit varietas & perplexitas, quam in Po-
litica, cohærentibus præceptis describi, certisq; regulis, metis &
cancellis includi posse, sperare nos jubent quidam, qvorum &
conatus in propaluto sunt: multò magis Politica, qvæ tantam
rerum varietatem non habet, in artis formam cogi poterit. 3. à
toto: si enim tota philosophia ordinem tradendi admittit, qvid-
ni etiam politica, qvæ pars est philosophiæ? 4. Ex effectu: si
quidem non parvus autorum Catalogus reperitur, qui Politicæ
systemata scripserunt, inter quos ipse philosophorum phospho-
rus Aristoteles primas tenet.

§. 2. Inter alia autem hujus præcepta exoscularum illud
effatum i. Nicom. 3. Satis hac de re dictum existimetur, si perinde
explicatum fuerit, ac subjecta materia postulat. Nam exacta tra-
etatio non simili modo in unoq; genere expirienda est, quemad-
modum neq; in artium opificiis: cum eruditus sit eatenus exactam in
unaq; re explanationem requirere, quia rei natura patitur. Ad
majorem tamen rei declarationem distingvimus inter præcepta
probabilita & apodictica, inter $\alpha\nu\epsilon\kappa\epsilon\omega$ theoricam & practicam,
inter politica præcepta & præceptorum istorum applicationem
s. exercitum. Wendeler. p. 502. Leibenthal. p.m. 6. Olear. qvæst.
illust. Disp. 1. qvæst. 2.

§. 3. Utilitas politica ac necessitas (combinamus easdem,
cum altera q; ex altera fluat & adstruenda sit) nequit in dubium
trahi, sive sacram theologiam, sive Jurisprudentiam respiciamus.
Quid enim? si heterodoxi à regimine politico ad Ecclesiasticam
jurisdictionem argumententur, poteritne Theologus non infra-
ctus politicis eos refutare? Num potest idem sufficienter judi-
care an politica scriptura sit contraria nec ne? an usurpantur
lícite? an pœnæ exaggerandæ? an lupanaria concedenda? an
munia Magistratum: an modus contractuum commerciorumq;
tolerandus? non habens politica notitiam? Quid? ipse sacer-
Codex

Codex politicis abundat, qvæ nullò modò queunt dextre explicari & applicari ab eo, qvi nescit politicam. Hinc in propatulo est hujus disciplinae necessitas & utilitas apud Theologos.

§. 4. Quantum verò conducibilitatis conferat Jureconsultis, si enarrarem, illud fortean conseqverer, qvod impingitur iis, qvi ortò jam Sole, facem accendere volunt. Distinguimus tamen inter homines dictarum facultatum accuratos & non accuratos: it, inter necessitatem simplicem & hypotheticam. vi. de Avenar. Colleg. Polit.

§. 5. Dignitatem docent innumera Autorum, qvibus hanc disciplinam ornavere encomia. v. Liebenthal Pol. procem. disp. i, inter qvæ illud Aristotelis eminet, vocantis eam *maximè architeconicam*, qvod & supra, §. 6. Pos. III. retulimus. Hoc tantum observetur, imperare illam non sapientia, sed pro sapientia. VI. Nic. ult.

§. 6. Atq; sic de natura & Constitutione Politices dixisse sufficiat. Glòria sit Patri, Filio & Spiritui Sancto.

F I N I S.



DD A 6358



5b.

Ruth ✓ 107

5 · ● ● R

1500
1500
1500
1500



DISPUTATIO
DU
NATURA ET CON-
STITUTIONE POLITICES.

Quam

In Inclyta Philurea

DEO favente & Celeberrimō Facultatis Philosophicā

Collegiō indulgenti

P R A E S I D E

Virō Excellentiss. Clarissimoq;

Dn. M. JACOBO THOMASIO,

Dialectices Philippez Professore celeberrimō,

Facultat. Philosophicę Adseffore & Collegii

minor. Princip. Collegiato.

Dn. Praeceptore, Promotore ac Fautore suō colendo

Publicae placidæq; Eruditorum Disqvisitioni

submittit

JOHANNES CHRISTIANUS VILIZ,

Quedlinburgensis Saxo,

A. & R.

Ad diem 12. Februarij

H. L. Q. C.

ANNO M DC LIX.

LIPSIAE

Typis Hæred. Colerianis.